

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

XXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

astantibus de Domo Ducis qui majores natu fuerant, plurimis. Circumstante quoque & hoc audiente, qui tali die ad Ecclesiam convenerat, cœtu copiosæ plebis.



## XXIII.

BERTOLDI III. ET CONRADI DUCUM ZARING.  
CONFIRMATIO FUNDATI A PARENTIBUS SUIS  
COENOBII S. PETRI.

---

A N N O M C X I I .

---

*Ex eodem Rotulo.*

In Christi nomine. Notum esse cupimus Christi fidelibus tam futuris quam præsentibus, quod *Dux Bertholdus III. & frater ejus Dominus C. filii* bone memorie *Bertholdi II. Ducis*, hujus Ecclesiæ fundatoris nigræ filvæ, quæ nostra lingua Schwarzwalt appellatur. loca vel prædia seu possessiones hæreditario ad se jure transmissas, & hiis vocabulis determinatas, videlicet a Plateno in monte Kanden, & sic erga

---

Charta hæc apud SCHANNAT. Coll. I. pag. 160. sed vitiose.

F 3

jugum montis, & per descensum dexteræ partis montis ejusdem usque ad montem dictum Zewisbisberg a Zewisberg ad terminum dictum Buggenhorn de Buggenhorn ad terminum dictum Twerenbachgesprenge. abinde in rivum dictum Wuta & abinde ad terminum dictum zem Burgstal, quidquid ab ipso termino videlicet prædictæ ripæ tendit ad antedictum terminum Burgstal. abinde erga jugum ejusdem collis usque ad montem dictum Ettenberg, & inde in terminum dictum Tierfol, & per descensum ejusdem termini usque in Bregenbach, cum omnibus vallibus eundem rivulum tangentibus ex parte dextera. Abinde usque ad paludem quæ vulgariter Hönehlache appellatur, sitam super Strichen. abinde usque Widiwanke, & abinde usque Ludiwancke. abinde usque Lubinsbach. abinde usque in vallem Nordera. deinde per ascensum montis, qui dicitur Nenkensperg ad fontem Schönenbrunne, abinde Schoneggenbach inferius usque ad terminum qui vocatur Welschenordera: abinde sursum per vallem usque ad terminum qui dicitur hern chungenvelle. abinde usque ad terminum qui vocatur Bernhöpten. abinde usque ad ripam quæ vocatur Werispach. abinde per medium montis usque ad castrum dirutum Wisenegge. ab inde usque Staphelegge five Wafenegge abinde usque ad jugum montis dicti Flansen. abinde per medium montis five cacumen usque ad Tiliam sitam in monte dicto Wiphi. abinde per descensum montis ejusdem usque ad ripam dictam Gloter. abinde usque ad longum lapidem situm in monte dicto Turli. abinde per descensum montis usque ad ripam quæ vocatur Schwarzerichenbach. abinde per ascensum ejusdem rivuli usque ad montem Channum. abinde usque ad terminum in principio nominatum dictum zem Ahorn manu præpotestativa beato Petro Apostolo Patrono nostro pro Redemptione

animatorum suarum, nec non parentum suorum hic sepulchorum devoti tradiderunt.

Aëtum VI, Kal. Jan. id est in Nativitate S. Joannis Evangelistæ anno dominicæ Incarn. M. C. XII. anno sexto Henrici Regis hujus nominis quinti, ante Basilikam Tancti Petri, allatis illuc Sanctorum reliquiis, hujus loci regimen tenente Ven. Domino Eppone Abbe. astantibus nobilibus viris, quorum nomina in rei gestæ testimonium subscripta sunt. Chunone de Kunringen & filio ejus Chunone. Walthero de Horwen. Ranzone de Stoffeln. Eberhardo de Eifstat. Lyzelino & Adilberto de Vfhufen. Hartberto de Wilhein. Geroldo de Witlikofen. & de domo Ducis Chunone de Blankenberg. Reinharto de Wiler. & Bernwarto de Verstat. Heinrico de Owen. Gisilberto de Willer. & aliis quam pluribus fide dignis. Circumstante quoque & hoc audiente, qui tali die ad Ecclesiam convenerat, cœtu copiosæ plebis.

---

---